Dominiū rerum legatarum fratribus minoribus q̄ remaneat apud beredem. in trac. mino. lib. ij. nu. 20. fo. 89.
Dominium rerum legatariarū recta via nō trāsit in legatarium quando relinquuntur per quandam consequentiā. ibi. nu. 22.
Dominium panni pro vestimētis vini ⁊ frumenti legati fratribus penes quem remaneat. ibi. nu. 23.
Dominium quod transit ipso iure in fiscum ob aliquod non observatum: requiritur tamen incorporatio ⁊ possessio modici temporis ad hoc vt de eo excipi possit. in consi. lxxxj. nu. 6. fo. 23.
Dominium ex simplici diuisione qō non transferatur ita vt soluēs possit repetere. in consi. xciij. nu. 1. fo. 26.
Dominium in legatis ⁊ fideicōmissis ad pias causas transit ipso iure. in questione. xiij. nu. 5. fo. 73.
Dominus vt teneatur pro gestis cum prepositо ab eo ad aliquod negotiū contrabens debet scire ad boc illum esse prepositū et se in boc cōtrabere. in. q. v. nu. 5. fo. 66.

Donatio bodie est contractus bonefidei. in questione. xij. numero. 13. fo. 72.
Donatio facta alicui si ipse ⁊ filij decederēt sine filijs q̄ donatore decedēte cū filio donatio nō debeat donatario. in cōsi. clv. nu. 1. fo. 41.
Donatio nō presumitur simulata ls donatarius remāserit in possessione rei donate ⁊ in instrumēto sit cōstitutū. in cōsi. lxxxj. nu. 7. fo. 23.
Donatū vel relictū filiofami. per extraneū patre viuēte q̄ si factū est contemplatione patris nō cōmunicat. in trac. de duo. fra. nu. 7. fo. 92.
Donatū filiofami. qñ in dubio videt datū contēplatione patris vel filij si est datum ab extraneo. ibi. nu. 8.
Donatū filiofami. pacto appositо qō babeat in castrensi peculio vel quasi quādo erit castrensis peculij vel non. ibi. nu. 10.
Donatū filiofami. egerenti mercantiā cū pecunia patris cuius contēplatione videtur donatum ad boc vt cōcetur vel nō. ibi. nu. 11.
Donatū per patrē filio qñ veniat cōmunicandū. ibi. nu. 23.

Dos quo ad mulierē dr titul⁹ lucrativ⁹ ⁊ donatio. ī 3si. cxix. n. 2. f. 33.
Dos recepta p alterū fratrū non restituit de cōmuni nisi. pbēt versa in cōmuni. Bal. in trac. de duo. fra. nu. 10. fo. 94.
Dos data filie vel legatum ei factum imputatur etiam in legitimā. in consilio. cliij. nu. 3. et. 2. fo. 14.
Si res estimate sunt date in dotem ⁊ maritus sibi reservauit electionē: aut restituere rem aut pretium si nō eligit ex cursu temporis in vgorem est translata electio. in. q. x. nu. 10. fo. 71.
Dotis notie datū ꝑ matri. cōtrabēdo qñ possit repeti. in cōsi. cxxij. fo. 34.
Dos est quid vniuersale. in consi. cxxiij. nu. 3. fo. 35.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Dos data a fratribus qui stipulati fuerint illam sibi restitui in casu soluti matrimonij non repetitur ab ipsis si soror decedit relictis filijs.in cõsilio.cxxvij.nu.1.fo.35.
Dos filie etiam relictis liberis de iure reuertatur ad patrem licet cõsuetudine ad filios.in consi.cxc.nu.3.fo.49.
Jdẽ iudicat de augmento dotis qõ iudicat de dote.in.q.vij.nu.3.fo.68.
Mulier data certa dote viro licet patiat alias suas res administrare non videtur illas in augmẽto dotis dare.in.q.vij.nu.3.fo.68.
Dos ꝛ peculium equiparantur.ibi.nu.9.
Dos dicitur tacite constitui cum consensu constituatur ꝛ ex solo vsu ꝛ temporis cursu.ibi.nu.10.12.et.13.
Dubius inscius nescius siue ignorans equiparant.in cõsi.xc.nu.10.f.25.

De litera.E.

Ecclesia vt possit arma spiritualia exercere sufficit ꝙ habeat iustitiam veritatis indubitãter licet non probatam.Mel.in trac.testi.nu.62.fo.150.
Ecclesia exempta ꝙ nõ cẽsent exẽpti clerici nõ icorporati ipsi ecclesie ꝛ nõ oblati sed tẽporales.in ꝛi.xcvj.nu.4.fo.27.
Ecclesia prelato decedẽti ab intestato succedit in his que ab ecclesia vel ecclesie contẽplatione habuit.in trac.succes.ab intest.nu.24. fo.132.
Ecclesia iure ciuili aduersus pscriptionẽ restituit iure cano. nõ tñ ipe dicit quod sic sicut minor.in trac.de diffe.inter ius ca.ꝛ ci.nu.28.fo.24.
Ecclesia est vsus publicus ꝛ in ea publica vtilitas versatur.in tract. mino. dist.iiij.nu.19.lib.j.fo.87.
Ecclesie fratrũ minor debent esse humiles.ibi.nu.22.
Ecclesia si mãdatur cõstrui in vno loco ꝛ nõ possit cõstrui qõ debeat construi alibi:episcopi tamẽ autoritate.in consi.xxvj.nu.3.fo.10.
Ecclesia approbat imperium romanum.in extrauag.ad repti.inver.subiecta.nu.11.fo.87.

Editio instrumẽtor nõ petitur quãdo agitur sine figura iudicij. in extrauag.ad repti.in ver.ꝛ figura.nu.17. fo.81.

Electio si est facta de pluribus ad aliquod officiũ vno eor absente vel recusante exercitium totius iurisditionis interim pertinet ad collegam.in trac.de iurisdi.nu.25.fo.120.
Electio personarũ ꝛ distributio pecuniarũ si est collecta ĩ fratres minores an teneat qõ sic respectu personarũ.i trac.mino.lib.iij.nu.6.ꝛ.9.fo.91.
Quod quis habeat ius eligendi potestatem est magis prescriptio quã consuetudo.in cõsi.cxxxvj.nu.3.fo.36.
Eligendi potestatẽ habens a testatore põt eligere absente illo qui eligitur et etiam herede absente.in.q.xiij.nu.6.ꝛ.11.fo.73.
Eligere penã corporalẽ ꝛ habere pacem ꝙ pro delicto soluere penã pecuniariã ꝛ remaneat inimicitia:ideo si minor eligit pecuniariã dicitur lesus ꝛ restituitur.in cõsi.cj.nu.6.fo.29.

Empta ex pecunia funebri iure cano.vendunt ꝛ pecunia restituit sed iure ciuili emens ex pecunia mea ꝛ nomine suo nõ bꝫ ius in re empta.in trac.diffe.inter ius cano.ꝛ ciuile.nu.127.fo.126.
Emens a duobus cum pacto reuendendi non tenetur vni soli reuẽdere.in consilio.cxcv.nu.1.fo.50.
Emptor iurisdictionis certi loci potest illã exercere extra locũ vẽditum.in consilio.clxxxix.nu.13.fo.49.
Emptor vltimus qñ preferatur priori etiã quãdo in primo fit trãslata possessio per constitutum.in cõsi.lxxiij.nu.1.fo.21.
Si locatur res ꝑ pluribus annis vno ptio ꝛ prestatio sit diuisa per singulos annos qõ dicatur vna emptio.in.q.iiij.nu.9.fo.65.
Emptori superficiei fit remissio si non potest vti superficie.ibi.nu.13.
Emptori vsufructus molendini non fit remissio pretij ꝛ periculũ ad emptorem spectat.ibi.nu.16.et.18.

Emergentia ad causam requirentem plenam cognitionem in quibus sue quis vincat sine vincatur ꝓpter hoc causa principalis non perditur summarie cognoscuntur etiam respectu ꝓbationũ.in extraua.ad repti.in ver.summarie.nu.20.fo.79.

Emphyteosis potest cõcedi cũ pactis fidelitatis ꝛ feudali bus etiã ex interuallo factis ꝛ erit ꝗ tractus emphyteoticus.in cõsi.clxj.nu.1.fo.43.
Jn emphyteosi cõcessa alicui ꝑ se ꝛ suis filijs masculis ꝛ feminis ꝙ veniãt femine pariter cum masculis nisi consuetudo aliter se habeat. in consilio.lx.nu.1.fo.18.
Et nisi in loco esset statutum qõ femine non succedant extantibus masculis.ibidem.
Emphyteota iure ciuili si non soluit canonẽ elapso biennio cecidit iure cano.nõ qz põt mozã purgare.in trac.diffe.iter ius ca.ꝛ ci. nu.101.fo.125.
Emphyteosis recepta a patre ꝑ se filijs ꝛ nepotibus altero filior decedẽte sine filijs accrescitur alteri.in cõsi.lviij.nu.1.fo.17.
Ex diuisione facta inter fratres de re emphyteotica ecclesie sine licẽtia abbatis qõ non ceciderunt a iure suo.ibi.nu.3.
Si tempore diuisionis fratres inter se fecerunt quitationem ꝛ cesserũt iura ꝙ per hoc nõ impediũtur petere partes fundi emphyteotici fratres premortui.ibi.nu.4.

Episcopum oportet esse prudẽtem nõ solũ literarũ peritia ꝫ secularium negotiorum dispensatione.in trac. testi.nu.78.fo.136.
Episcopi cõstitutio nõ ligat ignorãtes.in cõsi.cxlij.nu.4.fo.38.

Existentia in bonis nullius occupanti cõceduntur iure ciuili tamen iure can. eps nõ occupat diocesim vel parochiam in locis nemini attributis nisi a superiore cõcedatur.in trac.diffe.inter ius cano.ꝛ ciui.nu.138.fo.126.

Error iuris quantum ad prescriptionem habetur pro mala fide.in consilio.cxix.nu.4.fo.33.
Error quomodo ꝓbetur.in cõsi.xc.nu.9.fo.25.
Error qõ presumitur in eo quod creditur aduersario asserẽti.ibi.nu.11.
Error facti alieni ꝓbat ꝓbãs rẽ aliter se habere.in ꝛi.lxxxv.nu.3.fo.23.
Error notarij in instrumẽto ꝓbatur interuenisse ex ostensione protocolli cui statur.in consi.ccviij.nu.6.fo.53.

Etas ꝓbatur per eum qui illam allegat. in consil.xcij. numero.1. folio.25.
Etas quomodo ꝓbetur per testes.ibi.nu.2.
Etas vtilis iure ciuili est.xxv.annozum iure cano.est.xxx. in trac.de diffe. inter ius ca.ꝛ ci.nu.17.fo.124.
Euenire id quod potest confideratur qñ illud de quo agitur ad hoc naturaliter ꝛ verisimiliter tendit.in trac.de regi.ciui.nu.14.fo.128.

Exceptiones inducte ꝓ cõi vtilitate pñt ꝙ iudicẽ etiã nemi ne opponẽte opponi.in ꝛi.cvij.nu.1.fo.30.
Quo excipiat contra aliquẽ ipsum non esse talẽ.in ꝛi.lxxxij.nu.2. fo.23.
Exceptio rei iudicate vel finite ꝛ alie ad pcessum impediendum opponant qñ agit sine fig.iudicij.in extraua.ad repti.in ver.ꝛ figura.nu.6. fo.80.
Exceptiones magis litem differentes ꝙ substãtiam rei respicientes iudex repellere potest.ibidem.
Exceptio dilatoria iure ciuili dz ante litẽ cõtestatã ꝓponi iure cano. quan doqz.in trac.diffe.inter ius cano.ꝛ ci.nu.46.fo.124.
Exceptiones que examinantur ante litem contestatã que sint ꝛ que post.in consilio.clxxxv.nu.2.fo.48.
Exceptio competens venditori competit etiam emptori siue sit in rem siue in personam.in.q.ij.nu.14.fo.63.
Exceptio competens reo prodest fideiussori cõuento ꝛ reus eius defensionem suscipit.ibi.nu.15.
Exceptio declinatoria fori ex persona actoris opponi põt qñ cũ mutatione fori mutatur natura ipsius cause.ibi.nu.18.
Exceptio si obstat vni non retardat processum si adsunt alij.Mel.in tracta. testi.nu.55.folio.149.
Exceptio contra testes quando sit proponenda.ibi.nu.56.
Exceptio criminis ꝙ nõ admittitur cõtra denũtiantem infamie. sed excõmunicationis sic.in extrauag.ad repti.in ver. denũtiationẽ.nu.8.f.78.
Exceptio rei iudi.inducta est ad conseruãdum iuris rigorem magis ꝙ ex equitate.ibi.nu.15.
Jtem non datur contra tutum exceptione iurisiurandi.ibi.nu.16.
Exceptiones que possunt opponi contra denuntiationẽ.ibi.nu.9.et.12.
Exceptio dicitur habere altiorẽ indaginem qñ nõ põt expediri infra tantum tẽpus quantũ processus principalis in extrauag. ad repti. in ver. summarie.nu.4.fo.78.
Exceptiones que opponũtur ante litem contestatã licet plenã probationẽ requirãt vt quis vincat:tamẽ cognitio potest dici summaria ob dilationis bzeuitatem.ibi.nu.24.
Exceptiones pemptorie q̃ possunt separari a principali si incidũt in negotio principali qñ plenaria ꝛ qñ summaria cognitio adhibeat. ibi.nu.17.
Exceptiones opposite post sniam qñ fit quod requirãt plenã qñ summariam cognitionem. ibi.nu.19.
Exceptio que opponit nõ ꝫtra executionẽ:sed ꝫtra rem in qua fit executio summariã cognitionẽ requirit etiã quo ad ꝓbationẽ.ibi.nu.31. fo.80.
Exceptio ꝙ heres institutus sit indignus non potest opponi a priuato. in consilio.cxix.nu.5.fo.33.

Excõicatus ꝛ suspẽsus a testimonio repellit:ꝛ an ꝑ excõicatos:vel ꝫ excõicatũ.Mel.ĩ tra.testi.nu.20.fo.148.
Excõmunicati infideles ꝛ heretici repelluntur a testimonio.in trac. ad repto.testi.nu.9.fo.143.

Excusator allegans legitimas causas in criminalibus si non admittit accusanti non cõparẽtes nõ sunt cõtumaces nec banniri possunt.in cõsi.c.nu.11.fo.28.

Executores fideicõmissarij qõ dicãtur heredes directo etiaꝫ in substitutione.in cõsi.lvj.nu.2.fo.17.
Alter ex executoribus in testamẽto a testatore vna datis põt altero defuncto administrare.in cõsi.cxcvij.nu.1.fo.39.
Executore nõ eligẽte quis eligat.in trac.mino.lib.iij.nu.7.fo.91.
Executore nõ distribuente cuius arbitrio res erat distribuenda non succedit legitimus sed leg ipsa distribuit.nu.8.
Executori testamenti ingressuro ordinem fratrum minorum nõ potest frater minor dare consilium.ibi.nu.11.
Executor datus in testamẽto qui bꝫ exequi cum cõsilio fratrum minorum quando teneatur illud requirere.ibi.nu.12.

Executor

Executor q requisiuit cõsiliũ fratrũ minor qñ tenet illud sequi.ibi.nu.13.
Executor est qui voluntatem certam ꝛ declaratam ad effectum perducit. in consi.clxij.nu.1.fo.38.
Executor datus ad declarandam voluntatem defuncti potest illã post annum declarare.ibi.nu.2.
Executores dati in testõ habentur loco heredum vniuersalium quãdo testator nullo herede instituto mandat bona sua vendi et distribui inter pauperes.in consi.iij.nu.3.fo.2.
Executores testamẽti ad pias causas debent exequi presentibus vel requisitis heredibus.in.q.xiij.nu.4.fo.73.
Executores dati in testõ pro distribuendo inter pauperes dicũtur fideicõmissarij vniuersales.ibi.nu.4.7.et.8.
Executor datus ad distribuendũ inter pauperes potest res singulares vel pretium earum distribuere.ibi.nu.10.
Executio snie impeditur per exceptionem nullitatis vel quod sit lata pretextu falsor instrumẽtor si ꝓbationes sunt in promptu q̃ debẽt esse plene in extraua.ad repti.in ver.summarie.nu.30.fo.79.

Exímens ex iniusta cã aliquẽ de manib9 familie captũ ꝑ obito ciuili tenet ad illõ debitũ.ĩ trac.de carce.nu.18.f.130.

Expense facte per patrem in rebus aduẽtitijs filij in quibus pater bꝫ vsumfructũ quando imputabuntur in partẽ filij in diuisionibus.in trac.de duo.fra.nu.22.fo.92.
Expensarum taxatio est quedam executio que stat in suspenso donec pẽdet questio preiudicialis.in cõsi.xcv.nu.7.fo.27.
Expensis prodocentis mittitur notarius ad egregias personas.in tracta. testi.nu.97.fo.150.

Expressum quando est inualidum non valet etiam tacitum. in consi.clv.nu.4.fo.41.

Extraneus non potest opponere de ꝺnio tertij etiã ad se excudum qñ dominiũ perditur ob aliqõ nõ obseruatum ꝛ in alium transfertur.in cõsi.lxxxj.nu.5.fo.23.

De litera.F.

Facere quis non tenetur quod factum non releuat. in.q.xvij.nu.3.fo.79.
Facies dom9 ꝺz ps illa ꝑ quã ps ingredit vel sit invia magis bonozabili.ĩ trac.de flu.ĩ ꝺ.qõ si ex duo.nu.7.fo.114.

Factum ꝓbans ꝛ non qualitatẽ non obtinet.in.q.viij.nu.5.fo.69.
Qualitas omissa quando non ꝓiuet quem beneficio actionis ꝓposite nec moderate condẽnationis.ibi.nu.7.
Qui tenetur ad factũ simpliciter sufficit factum facere licet qualitas omittatur.ibi.nu.10.
Si aliquid fit in vno loco ꝛ effectus ꝫfertur in aliũ locum ibi factum videt vbi effectus confertur.in.q.xv.nu.13.fo.74.
Factum dicitur contra mores quicquid fit vt libera facultas contrahendi matrimonium impediatur.in.q.xvj.nu.3.fo.75.
Factum a iudice ꝙ ad eius iurisditionem non pertinet vel spectat ad eius officium non est ratum habendũ.in trac.de iurisdi.nu.1. fo.119.
Facta plura licet habeãtur ꝑ vno:tamen quando tractat de publica vindicta tũc ex qualibet de ꝑ se venit imponẽda pena.in.q.xv.nu.10.fo.74.

Facultas cõcessa pluribꝫ de iure publico lꝫ pacto nõ tollat tolitur tñ quãtũ ad ꝓmittentẽ.in.q.j.nu.5.fo.61.
Facultate contrahendi cõmissa per verba importãtia arbitrium boni viri tunc arbitratur suo arbitrio regulato rõne ꝓut bonus vir in extraua. ad repti.in ver.videbitur.nu.5.fo.81.
Facultatẽ cõtrahendi habens per verba significantia liberã volũtatẽ oia põt preter quod ponere non potest ꝛ dolus dz abesse.ibi.nu.6.
Facultas largiẽdi data per verba significãtia arbitriũ boni viri quid importet ꝛ quid qñ datur per verba liberã volũtatẽ denotãtia. ibi.nu.7.
Facultate data iudicandi per verba denotantia arbitriũ boni viri tũc dz seruare regulas iuris ciuilis.ibi.nu.8.
Si per verba importantia liberam volũntatem debet seruare regulas iurisgentium vel naturalis non ciuilis.ibi.
Euntes in egercitum de mandato regentium ciuitatem non dicuntur esse factionis regentium.in trac.de guel.ꝛ gebel.nu.12.fo.127.
Aliquem mutasse factionem qualiter ꝓbetur.in tracta.de guel. ꝛ gebel. numero.18.fo.127.

Falcidia et trebellianica ꝙ perditur per non cõfectionẽ inuenta rij.in consi.lj.nu.1.fo.15.

Falsitas quid sit et quod requirat dolum.in consilio.cxix. numero.1.folio.51.
Falsum cõmittit etiam qui verum tacet.in.l.presbyteri.nu.3.fo.139.

Fama cum dicto syndici deputati ad denũtiandum maleficia qõ fiat indicium ad torturam.in cõsi.cxcj.nu.1.fo.49.
Fama per se solam quando faciat indicium.ibidem.
Fama ꝓbat quantitatem ꝛ numerum miliarium existentium de loco ad locum.in trac.testi.nu.55.
Fama cum dicto syndici positi ad denuntiandum facit sufficiẽs indicium ad torturam item qñ fama sufficit vel ne fola.in ꝛi.ccxviij.nu.1.fo.56.
Fama sola iure ciuili nõ ꝓbat iure cano.facit vitãdum esse excõmunicatũ. in trac.de diffe.inter ius cano.ꝛ ci.nu.30.fo.124.
Fama nihil operat qñ veritas ꝓbatur in cõtrariũ.in cõsi.cx.nu.4.fo.31.
Fama qualiter ꝓbetur.in.l.cõuenticulam.nu.39.fo.141.
Famam non probat testis qui dicit publice dicitur. Mel.in tracta.testi.numero.173.fo.152.
Famam probat testis non solum de his de quib9 reddit rationem:sed etiã eorum de quibus non reddit.ibi.nu.175.

Famulo si legatur vita in domo testatoris debentur omnia necessaria ad victum.in trac.de alimẽ.nu.5.fo.102.

Fatui a fando dicuntur.i.loquẽdo qz suã fatuitatem loquẽdo fatẽtur.in trac.testi.nu.98.fo.137.

Feriarum tempore nõ proceditur in causis in quibus summarie proceditur in extrauag. ad repti.in ver. summarie.numero.6.fo.79.
Ferijs introductis ob hominum vtilitatem renũtiari potest.in tracta. de carce.nu.9.fo.129.

Ferus pecorum et boum ac equorum qõ sunt in vsufructu ꝛ debent prozi.in cõsi.l. nu.4.fo.15.

Fideicõmissarij habent loco heredum qñ in testõ nullus est heres.in ꝛi.xxxviij.nu.2.fo.11.
Fideicõmissa facta in legitima filiozum qõ nõ teneant.in consilio.xiij.numero.9.folio.6.
Fideicõmissum non agnitum nec restitutũ qr trãsmittatur ad suũ heredẽ quando dies cessit in vita defuncti.ibi.nu.10.
Fideicõmissum si relinquitur si nuptias non cõtrageritsi grauatus ingreditur monasteriũ non tenetur ad fideicõmissum.in consi.j.nu.5.fo.2.
Fideicommi.generalis ante restitutionem non potest aliquod ius in aliũ transferre delegando nec procuratorem in rem suam cõstituendo.in.q. xiij.numero.2.fo.73.
Jn fideicõmissarium vniuersalem ad pias causas incõtinenti iura ꝛ actiones transeunt absq restitutione.ibi.nu.9.
Fideicommissum debendum virtute clausule codicillaris nõ querit ignoranti.in cõsi.xij.nu.3.fo.5.
Jn fideicõmisso ꝙ veniat portio hereditatis que defertur preterito ab intestato virtute clausule codicillaris.in cõsi.xx.nu.4.fo.8.

Fideiussor pro debitore qui solũdo est testificatur.Mel.in tracta.de testi.nu.33.fo.148.
Fideiussor pro debitore testificatur.in trac.ad repto.testi.nu.13.fo.141.
Fideiussor qui dicit se lesum propter principalem ex quibus causis dicere possit se lesum.in consi.lxxxij.nu.4.fo.23.

Fidelitas est triplex vna que debetur primo alia patri alia domino.in extrauag.ad repti.in ver.toti9.nu.2.fo.77.
Fidelitas habet duas habenas vna in faciendo que quis debet alia nõ faciendo que non debet.ibi.in versi.habenis.nu.6.
Jn his duabus habenis corpus vtriusq iuris fundatum est.ibi.

Figura rei corporalis dicit potens forma ipsius:vel facies in qua rei substantia figuratur.in extraua.ad repti.in ver.ꝛ figura.nu.1.fo.80.
Figura rei corporalis dicitur eius natura.ibi.nu.2.
Figura iudicij est quod partes iudicij sint facte scõm ordinem debitum et debitam probationem seu proportionem.ibi.nu.3.
Jn iudicio agitando sine figura iudicij pars est citanda.ibi.nu.6.

Filij impuberes psumũtur mortui ante matrẽ qñ mater ipsi simul igne pereunt.in cõsi.clxxvij.nu.2.fo.47.
Filius minor decedens patris hereditate non adita transmittit beneficiũ petendi restitutionem in integrum.in cõsi.xxiij.nu.4.fo.10.
Filius presumitur esse illius factionis cuius erat pater.in tracta. de guel. et gebel.nu.13.fo.127.
Filius preteritus a patre ꝓfitente regula fratrum minor rũpit testamentum.in trac.mino.lib.iij.nu.5.fo.92.
Filiussa.etiam pro debito carceratur.in trac.de carce.nu.6.fo.129.
Filio adulto instituto si decesserit sine filijs voluit testator bona distribui per executores datos inter pauperes q eueniẽte casu certa bona soloverbo inter pauperes distribuerũt an heredes dicti filij poterũt a dictis pauperibus notatis cũ effectu cõueniri.in.q.xiij.nu.1.8.et.13.fo.62.
Filius emancipatus qui non alit patrem potest in patriam potestatem revocari.in trac.de alimẽ.nu.9.fo.102.
Filius nolens alere patrẽ potest exheredari ꝛ est iusta causa.ibi.nu.10.
Filius prestãs alimẽta pñi illa portat ad locũ vbi pr agit ꝛ degit.ibi.nu.25.
Filius an alat patrem deportatum.remissiue.ibi.nu.26.
Filius naturalis nõ admittitur ad emphyteosim susceptam vsq in tertiã generationem legitimam.in cõsi.cxx.nu.1.fo.34.
Filius naturalis qñ ꝛ quomodo efficiatur legitimus ex notatione facta ꝑ patrem in testamẽto nominãdo ipsum filium.ibi.nu.2.et.4.
Filio potest reliqui cum hoc quod non acquiratur patri. in questione.xij numero.4.fo.72.
Equiparatio de filio ad monachum quod non sit bona.ibidem.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Filius rogatus restituere pure qō detrabit tantummodo legitimam in cō filio.ggg.nu.6.fo.8.
Filij diuersoꝝ fratrum nō extantibus patruis succedūt in stirpes et nō in capita ſm opi.accursij.in consi.clxxij.nu.1.fo.46.
Filius tenetur defendere patrem verbo ꝛ opere sed facto non. in extrauagan.ad repti.in ver.totius.nu.3.fo.77.
Filius nō potest in legitima grauari vt ita ꝓinatus bereditate ob non solutionem legatoꝝ legitima nō ꝓinatur.in cōsi.cxix.nu.3.fo.11.
Filius comitatensis natus in ciuitate remanet ꝛ est comitatensis. in consilio.clxxij.nu.5.fo.45.
Filio in potestate etiam viuo patre currit ꝓscriptio in iure adeundi. in consilio.cxxix.nu.1.fo.35.
Filius nō pōt in legitima grauari etiā legādo.in ꝑsi.cxxiiij.nu.1.fo.11.
Filiꝰ ꝙ agit ad supplemētū etiā qñ sunt ſtituti pauper vel eccīa.ibi.n.3.
Filius sacerdotis dicitur vulgo cōceptus.in ꝑsi.clxiij.nu.2.fo.38.
Inter filiū sacerdotis in sacerdotio genitum ꝛ sacerdotem nō datur successio.ibidem numero.3.
Filius pure granatus de restituendo detrabit tantum legitimam.in consilio.cxiij.nu.3.fo.14.
Filiuſſa.in bonis ꝓfectitijs aduentitijs nō habet bereditatē ab intestato. in consi.ccc.nu.2.fo.49.
Filiuſſami.dicitur natus ex legitimo matrimonio.in ꝑsi.clij.nu.1.fo.13.
Filius in potestate ꝙ transmittat bereditatē patris non aditam etiam ad extraneos.in consi.cxij.nu.4.fo.9.
Filiorum quot species.in trac.succes.ab intest.nu.2.fo.131.
Filij legitimi ꝛ naturales ex legitimo ꝫmonio vero vel ꝓsumpto.ibi.
Filij naturales tñ dicunt nati ex cōcubina vnica ī domo retēta. ibi.nu.5.
Filij naturales quinq modis efficiūtur legitimi ꝛ ꝙ legitimati succedant sicut legitimi.ibi.nu.3.
Filij naturales qualiter succedant patri:matri succedunt ex testamento et ab intestato.ibi.nu.6.
Filij legitimi tantū dicuntur inducti a lege:vt adoptione.ibi.nu.7.
Filij fratrū succedunt in stirpes ꝛ non in capita.ibi.nu.19.fo.132.
Filij nati ex incestu vel nephario coitu iure ciuili a patre alendi non sunt iure canonico ſic.in trac.diffe.inter ius ca.ꝛ ci.nu.60.fo.125.
Filiuſſa.iure ciuili voto non obligatur iure cano.secus.ibi.nu.89.
Filiuſſa.iure ciuili absq patris consensu in iudicio esse non potest iure cano.potest esse in ſpiritualibus.ibi.nu.177.
Filius qui ex re patris ipso viuente percepit fructus patre mortuo ꝺ3 alijs fratribus cōmunicare.in trac.de duo.fra.nu.1.fo.92.
Filius q lucrat cū pecunia patris ꝛ opera sua partē lucri respectu pecunie cōcabit partē vero respectu ꝓsone tanq̄ ꝓpriū retinebit. ibi.nu.2.
Filius exercens vsuras patre mādante tenetur lucrū ex eis ꝓueniens cōmunicare:secus si sua ꝓpria exercet.ibi.nu.3.
Filius qui lucratus fuit ꝛ dubitatur vnde:ex quibus bonis ꝓsumat que ſisse.ibidem numero.4.
Filio berede instituto a matre vel ascēdēte linee materne cū ꝺdītione ꝙ ad patrē nō perueniat vſusfructus an dicta cōditione nō obstāte pater saltem in legitima habeat vsumfructū.in trac.Bal.ibi.nu.5.ꝛ.14.fo.93.
Filius an teneatur cōmunicare libros eidem emptos per patrem. in trac. Bal.ibi.nu.15.et.33.
Filius si licite contraxit aliquod debitū in studio ꝙ patre mortuo illud de cōmuni solui debeat.ibi.nu.18.
Filius impēdens circa ꝑsonam patris eo viuo nō petit a coherede indicio fami.bercīſ.Bal.in trac.de duo.fratri.nu.1.fo.93.
An actione nego.gesto.remiſſiue.ibi.nu.2.
Filius qui viuo patre res ipsius patris cōsumpsit surripuit ꝛ dilapidauit an patre mortuo tanto minus accipere debeat ꝛ id quod consumpsit in suam partē cōputare si instituti sunt filij heredes.ibi.nu.2.ꝛ.34.
Filius expendens lucrum vndecūq ꝓueniens in paterna familia id nō repetit.ibi.nu.36.

Filia excluſa a iure adeundi ꝓscriptione pōt per successoriū edictū succedere in legitima.in cōsi.cxxix.nu.3.fo.35.
Quesitum per filiam in dubio ꝓsumitur quesitū ex bonis patris.in trac. de duo.fratri.nu.5.fo.92.
Filia instituta in re certa cum clausula:ꝙ plus petere non possit nō excluditur a petitione portionis rei emphyteotice sibi ex stipulatione quesite.in consi.lv.nu.1.fo.16.
Filia instituta in re certa ꝛ ꝓbibita ꝙ plus petere nō possit nō excluditur a petitione portionis rei emphyteotice sibi ex ſtipulatiōe quesite. in cō silio.lx.nu.2.fo.18.
Filia excluſa per ſtatutū ſtantibus masculis ꝛ ꝓterita in testō patris non dicit testamentum nullum.in consi.clviij.nu.1.fo.14.
Filia excluſa a ſtatuto ꝓpter masculos nō existentibus masculis si fuit ꝓterita dicit testamētum nullum ꝫ vigore clauſule codicillaris restituit heredi instituto retenta legitima.ibi.nu.2.
Filia excluſa tempore a iure succedendi matri ꝙ non admittatur vt legitima per successoriū edictum.in consi.clviij.nu.2.fo.42.

Fines antiqui quod ꝓbentur per testes deponētes de anditu antiquorum ꝛ generali opinione in.l.cōuenticlā.nu.6.fo.410.

Fiscus ꝓpter incapacitatem ſpurij cui erat fideicōmissum restituendum detecto fideicōmisso post mortem ſpurij quando habeat bona.in cōsi.cccliij.nu.4.fo.50.
Fiscus etiam non succedit quando indignus est institutus palam. in consilio.cxix.nu.3.fo.31.
Fiscus quando habeatur loco heredis.in ꝑsi.clxvj.nu.5.fo.44.
Fiscus quibus casibus succedat.in trac.ſucces.ab intest.nu.23.fo.132.

Flumen fluuius ꝛ amnis idem sunt.in trac.de flu.in verſi.ꝛ alia. numero.4.fo.114.
Flumen publicum dicitur quod perpetuo currit que autem in byeme currunt ꝛ nō in estate ꝓuata sunt.in trac.de flu.in ver. flumen.nu.1.fo.17.
Flumen ꝓuatū nihil tribuit ꝓ alluuionē adīcere tamen pōt.ibi.nu.2.
Fluminis caput seu ꝓncipiū vel initiū est vñ flumē originem capit ꝛ finis vbi flumen terminat.in trac.de insu.in ver.qō frequenter.nu.7.fo.113.
Ꝓiectum per flumen in agro nostro nostrum non est sed cōceditur occupanti.in trac.de flu.in ver.adiecerit.nu.2.fo.107.

Forma quando inducitur a lege illa ꝺ3 seruari per gerētem actuꝫ alias non valet actus.in ꝑsi.clij.nu.2.fo.40.
Forma rei ꝓpria perempta res perit:ꝛ esse definit.in tracta.alueo.in verſi. quod ſi.nu.1.fo.118.
Forma rei ꝓpria que sit.ibidem.
Forma rei substantialis qualiter cognoscatur.ibi.nu.3.
Forma substantialis rerum inanimatarum est id per quod ipsa consistit ꝛ vnde denominationem nominis appellatiui accipit.ibi.nu.4.
Forma substantialis rerum animatarum anima vegetatiua:est ipa anima vegetatiua.ibi.nu.8.
Forma substantialis hominis politici est esse liberum.ibi.nu.17.
Forma substātialis in rebus artificialibus est quedā aptitudo quā babēt ad illum finem ad quē per artificem facte sunt ibi.nu.19.fo.119.
Forma substantialis rerum incoꝛporaliū que secūdum iuris diſpositionē sunt indiuidua est natura ipsius rei.ibi.nu.20.

Fornicatio simplex iure ciuili non punitur iure canoni. ſic in trac.diffe.inter ius cano.ꝛ ci.nu.91.fo.125.

Fosse que sunt inter ripam ꝛ fundum sunt eorum predijs quorum adherent vſus tamen earū est publicus.in tractatu de flumi. in ver.agro.nu.6.fo.106.
Ita fosse que sunt inter viam ꝛ fundum.ibi.
Fosse que sunt in fundo quomodo mensurentur.ibi.nu.7.
Fosse agroꝝ ꝛ ripe viarū que sunt in plano plani sunt.ibi.nu.16.

Fossata posita in cōfinio duorum predioꝝ cōmunia sunt.in tracta. de flu. in ver.flumen.nu.4.fo.107.
Fossatum existens ꝓpe finem predij de quo apparent instrumenta antiqua in quibus possessores emerūt predia a latere qō intelligāt esse eoꝝ qui predia a latere possiderent.ibi.nu.5.

Fouee agri dicuntur fieri ad perpetuā vtilitatem.in trac.de flu.in ver.agro.nu.10.fo.107.
Fouea per quam aqua ducitur ad molēdinum cuius iuris sit remiſſiue.in trac.de flu.in ver.ꝛ alia.nu.3.fo.114.

Frater si moꝛitur sine liberis ꝛ ascendētibus relicto fratre ex parte patris tātum ꝛ frater ex parte matris qui ex parte patris in bonis patris ꝛ ex parte matris in maternis ī alijs equaliter succedūt. in trac.ſucceſ.ab inteſt.nu.17.fo.132.
Frater vtriſq coniunctus ꝓfertur fratribus ex vno latere tm cōiunctis ꝛ solus fratri vtrinq coniuncto succedit.ibi.nu.18.
Frater iure ciuili nō accusat fratrem de magno crimine iure cano. accusat de hereſi.in trac.de diffe.inter ius ca.ꝛ ci.nu.44.fo.124.
Fratres ꝓferūtur alijs si equale ꝓtiū offerāt.in ꝑsi.xix.nu.3.fo.8.
Frater ꝙ fratre ꝛ contra fratrem in causa ciuili admittitur ad testimoniū: secus in causa criminali.in trac.de testi.nu.8.fo.147.
Frater ꝓ vgore fratris testificatur.ibi.nu.35.
Fratrum vnus si cum pecunia communi facit mercantiam ꝛ lucreꝰ quando tale lucrum debeat alijs cōmunicare ꝛ quid de dāno.Bal.in trac.de duo.fra.nu.6.8.et.22.fo.94.
Si vnus duorum fratrum simul habitātium post mortem patris facit debitum non soluitur de communi niſi ratione cōmunis vtilitatis sit contractum.ibi.nu.9.
Frater debet militare ſuis ſumptibus non de communi.ibi.nu.12.
Frater maritat filiam de ꝓprio non de communi.ibi.nu.13.
Fratres si ſtant ſimul ꝛ vnus eoꝝ lucretur:ꝛ nescitur vnde veniat ꝓſumitur de iure cōmuni lucrari ꝛ cōmunicatur.ibi.nu.14.
Fratres si sunt socij oīa bonoꝝ lucra ꝛ dāna cōicari debent.ibi.nu.15.
Si vnus ex duobus fratribus socijs omnium bonorum emit gabellam et ꝓmittit penam alter qui non emit contrauenit neuter ipsoꝝ incidit in penam.ibi.nu.16.
Fratres duo simul ſtantes an videantur contrabere ſocietatem et quam. ibidem numero.17.
Si ex duobus fratribus vnus diues qui ꝓsuit pecuniā in ſocietate alter pauper qui ꝓsuit operam ꝛ totum perit pauper tenetur ad dimidiam pecunie.ibi.nu.20.
Fratres simul babitātes si nō negotiātur nō ꝓſumuntur socij. ibi.nu.21.

Fratres

Fratres si simul babitāt vel patres ꝛ nepotes ꝛ vnus negotiatur alter non quando ꝓsumantur socij late supra.ibi.nu.67.et.22.
Fratres ꝓsumūtur socij qñ simul babitāt ꝛ simul negotiātur.ibi.nu.22.
Fratres seorsum babitātes si simul negotiātur ꝓsumunt socij.ibi.nu.25.
Fratres seorsum babitātes vino patre negotiātur ꝛ lucrum communicāt an ꝓsumantur socij.ibi.nu.26.
Alter ex fratribus si sunt socij potest capi ꝓ debito alterius si est contractū nomine societatis.ibi.nu.28.
Sumptus facti per alterum ex fratribus tam in eius ꝑsona ꝙ filij vel filie si sunt socij omnium bonoꝝ sit de cōmuni.ibi.nu.29.
Frater ꝓsumitur amicabilioꝛ fratri cum quo babitat.ibi.nu.37.
Fratribus si est legata quantitas immoderata superfluum reseruabit ꝓ necessitatibus futuris.in trac.mino.lib.ij.nu.4.fo.88.
Fratres necessitate imminente petunt superfluum extraiudicialiter ꝓ modum eleemoſyne.ibi.nu.7.
Fratres non possunt recipere diuersa legata in diuersis testamentis eisdē facta que coacte facīt summā immoderatā sed necessitate superueniente recipiant que ꝓmo venerunt ad soluendū.ibi.nu.8.
Fratribus minoribus legata res cuius pretium cōnertitur in eoꝝ necessitatem vendi pōt per heredem per executoꝛes per ēm ꝛ iudicem seculare ex officio.ibi.nu.25.
Fratrum minoꝝ cōuentus licet nō babeat dominium rerum legatarū babet tamen actionem ꝑsonalem.ibi.nu.27.
Fratres minoꝛes petere possunt extraiudicialiter legata eisdem facta:in iudicio non.ibi.nu.40.
Fratres minoꝛes caueant ne assistant petentibus ꝓ eis legata ibidem relicta.ibidem nu.41.
Fratres minoꝛes possunt absq licentia sedis apostolice constituere syndicum ad vendendum libꝛos.ibi.nu.45.
Fratres minoꝛes babent generalem ꝓcuratoꝛem in curia electum in capitulo generali per generalem ministrum.ibi.nu.46.
Fratres minoꝛes babēt etiam ꝓcuratoꝛes speciales quos ꝓcuratoꝛes cōuentus appellant.ibi.nu.47.
Fratribus ꝫ ꝓcurare vt eis syndicus ꝫstituat nō tñ ad litigia.ibi.nu.49.
Fratres minoꝛes contra syndicum per eos nominatum nullam babent actionem.ibi.nu.60.
Laueant fratres ne cōstituant syndicum ad lites.ibi.nu.56.ꝛ.57.fo.61.

Edificiū si legatur fratribus minoribus vt ibi cōstruatur locus vel diuinū officiū celebretur per fratres ibi intrantes ꝫ legatū nō vt ꝙ iussit testatoꝛ obseruet sed vt in aliā cām trāsferat.in trac.mino.lib.ij.nu.10.f.89.
Fratres minoꝛes sunt incapaces bereditatis sibi restituende iure fideicōmissi.in trac.mino.c.j.dist.ij.nu.11.lib.j.fo.87.
Fratribus minoribus qñ dicatur relictum in fraudem.ibi.nu.13.
Fratri minoꝛi si relinquitur particulariter vel in eo particulari beres instituatur an teneat remiſſiue.ibi.in.c.ij.dist.iij.nu.17.
Ꝺfiium ecclesiarū fratrū minoꝝ pertinet ad ecclesiā romanā.ibi.nu.19.
Fratrum minoꝝ guardianus etiam clericus si instituitur beres testi valet.ibi.dist.vj.c.ij.nu.3.fo.88.
Fratres tertij ordinis sancti Franci.de pecunia possunt babere in cōmuni ꝛ in ꝓprio.ibi.dist.vij.nu.36.
Fratres minoꝛes nō succedunt ab intestato nec per ipsos etiam ecclesie romane acquiritur sed bereditas vadit ad sequentes in gradu. in tracta. mino.lib.iiij.nu.1.fo.91.
Fratres minoꝛes non succedunt ab intestato etiam in bis rebus que licite retinere possunt.ibi.nu.2.
Fratres minoꝛes nouitij ante ꝓfessionem succedunt ab intestato qꝫ sunt liberi.ibi.nu.3.
Bona ꝓfitentium religionem fratrum minoꝝ pertinent ad veniētes ab intestato.ibi.nu.8.
Frater minoꝛ effectus eps vel aliter liberatus ab ordine quando recuperet ius succedendi ab intestato.ibi.nu.10.
Frater minoꝛ remotus ab ordine ꝓpter eius demerita nō recuperat ius succedendi ab intestato.ibi.nu.11.
Fratres minoꝛes nō possunt esse executoꝛes testamēti in quo pia causa vel pauperes simpliciter sunt instituti.in trac.mino.lib.iij.nu.1.fo.91.
Fratres minoꝛes non possunt esse executoꝛes testamēti in quo res vendenda venit ꝛ pretium in alios distribuendum.ibi.nu.2.
Frater minoꝛ potest esse executoꝛ testamēti in quo relicta est pecunia distribuenda in necessitate fratrum arbitrio talis fratris.ibi.nu.3.
Item potest esse executoꝛ ad distribuendū inter fratres moniales ꝛ soꝛes sui ordinis.ibi.nu.4.
Ꝓtest etiam esse executoꝛ quādo solū persona eligenda est in quā fieri debet distributio.ibi.nu.5.
Frater minoꝛ in quibus non potest esse executoꝛ potest tamen consiliū dare vt exequatur.ibi.nu.10.
Fratres minoꝛes possunt cōstituere syndicum.in cōsi.v.nu.4.fo.3.
Respublica vel eius syndicus vel quilibet de populo pōt petere in iudicio legatū factū fratribus minoribus.in trac.mino.lib.ij.nu.41.fo.90.
Item episcopus ꝛ iudex secularis ex officio.ibidem.

Martinus papa eandē ꝓcessionē ꝛ ampliorē fecit eis fratribꝰ.ibi.nu.4.
Io.papa.xxij.aliqualiter dictas cōcessiones reuocauit.ibi.nu.44.
Innocentius papa quartus cōcessit fratribus minoribus posse cōstituere syndicum.in trac.mino.lib.ij.nu.42.fo.90.
Fratrum minoꝛ status in altissima paupertate fundatur et vita singularis.in trac.mino.c.j.nu.1.lib.j.fo.86.
Fratres predicatoꝛes babēt in cōi nec eoꝝ regule repugnat.ibi.nu.5.
Fratrum minoꝛum regula est magis stricta ꝙ fuerit regula apostolorum. ibidem numero.6.
Fratres minoꝛes possunt constituere syndicum ad capiendum bereditatem.in con.vj.nu.2.fo.3.
Fratres minoꝛes licet nō possint esse executoꝛes testamētoꝝ possunt tamē dare consilium ꝛ declarare voluntatem.in consi.clxij.nu.2.fo.38.
Fratres minoꝛes ꝛ predicatoꝛes de licentia sui superioris testificant ꝛ ipis magis creditur.in trac.ad repro.testi.nu.4.fo.143.
Frater contra fratrem in criminalibus non cogitur ferre testimoniū. ibi. nu.58.et.78.fo.144.

Fraus ex coniunctione ꝓsumitur. in consilio.cxxxvij.numero.7. folio.37.
Fraus ex quibus ꝓsumatur.in trac.de iurisdi.nu.8.fo.119.

Fructus pignoris iure ciuili sorte extenuāt iure cano. nō in duobus casibꝰ.in trac.diffe.inter ius ca.ꝛ ci.nu.102.fo.125.
Fructus iure ciuili dicūtur deductis expēsis sed decime iure cano. soluūtur de fructibus nulla facta deductione.ibi.nu.106.
Fructus rerum paraphernaliū nō debētur per beredes vni vgori quādo sunt naturales.in consi.cxxv.nu.1.fo.35.
Fructus industriales dicuntur segetes et vinum.ibi.nu.2.
Fructus de bonis pupilli qui dicantur recollecti ꝛ quomodo ꝓbetur.in consi.cl.nu.7.fo.39.
Fructus ex cultura pueniētes per fratres quoꝝ vnus babebat duos filios qualiter diuidūtur.Bal.in trac.de duo.fratri.nu.19.ꝛ.35.fo.94.

Fugientium de carcere pena est ꝙ pena capitis puniantur. in trac.de carce.nu.24.fo.130.
Fugientes de carcere si ostiū erat apertum mitius puniuntur.ibi.nu.25.
Fugiens ex bello publico iure ciuili capite punitur iure cano.est infamis. in trac.diffe.inter ius ca.ꝛ ci.nu.137.fo.126.

Fundo meo ꝓpositum fundo acquiritur. et additum alluuione mihi acquiritur.in trac.de flu.in ver.plane.nu.2. fo.108.

Furiosum furiosoꝝ facere secus si dicit qꝫ vidit eū carceratum niſi adderet ꝛ audini ꝫba infania dicere.ī trac.de testi.nu.94.fo.137.
Aliquem furorem fingere ex suspicione potest cognosci.ibi.nu.96.
De quodam qui biēnio fingit se dementem vt vindictam de inimico sumeret et fecit.ibidem.
Furiosus ꝛ mentecaptus repelluntur a testimonio.in tracta. ad repro. testi.nu.7.fo.143.

Fur raptoꝛ adulter manifestus vel quilibet existens in peccato mortali nō admittitur in testem.in trac.testi.nu.18.fo.148.
Fur qui furtum cōmisit mutine postmodum aliud parme et deprehensus per potestatem parme potest ipm tanq̄ famosum suspendere si nō fuit aliter ꝓ primo punitus.in trac.de iurisdi.nu.10.fo.120.
Furtū iure cano.sumit ꝓ qualibet illicita detētatiōe: iure ciuili secus qꝫ cōtratio rei aliene fraudulosa.ī trac.de diffe.iter ius ca.ꝛ ci.nu.18.fo.124.
Fur iure cano.ꝺ3 qui nō intrat per ostiū iure ciuili secus.ibi.nu.72.
Ꝓ fure indicando licite iure ciuili ꝫ accipere:iure cano.nō.ibi.nu.51.
Furtum dicitur maleficium ꝑsonale.in consi.clxxxviij.nu.2.fo.48.

De litera.G.

Gabella venit soluenda de vēditione gabelle facte per cōmune statuto stante ꝙ de quolibet ꝛtractu soluatur gabella.in consi.cc.xxvj.nu.1.fo.57.
Si de quolibet contractu debet solui gabella ciuiū si instrumētum cōtractus ideſt rogitus notarij sit cōbustum ꝛ partes ne pereat memoria iterum faciūt eundem contractum non debet solui alia gabella.in consi.lxvij.nu.1.fo.19.

Gebellinus in fortitudine cōfidens interpretatur ꝛ existens cōtra ecclesiā.ī trac.de guel.ꝛ gebel.nu.1.f.127.
Gebellinus affectans statum illorum qui appellantur gebellini nō habito respectu ad imperatoꝛem.ibi.nu.2.

Guelphi et gebellini originem sumpserūt tēpore Federici barbarosse.in trac.de guel.ꝛ gebel.nu.1.fo.127.
Guelphi zelatoꝛes fidei os loquentes confidentes in oratorionibus interpretantur ꝛ sequentes ecclesiam.ibi.
Guelphus hodie dicitur qui affectat statutū illius factionis que ī aliquo loco appellatur guelpha nō habito respectu ad ecclesiam. ibi.nu.2.
Quis non potest esse in vno loco guelphus ꝛ in alio gebellinus accipiendo guelphum ꝛ gebellinū ꝓprie primo modo.ibi.nu.3.
Guelphus quod hodie quis esse ꝓsit in vno loco et in alio gebellinus. ibidem numero.4.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Quis vno respectu pōt esse guelphus ⁊ alio gebellinus.ibi.nu.5.
Honestū virū nō decet esse factionis guelphe vel gebelline nisi ex magna causa.ibidem numero.10.
Guelphum esse vel gebellinum qualiter p⁹obetur.ibi.nu.11.

Gentes existentes in loco occupato quibus legibus regētur. in trac.de iussu.in ver.nullius.nu.10.fo.114.

Glo. in.§.item mixta institu.de acti.qualiter intelligatur in.q.viij. nu.20.fo.69.

Glo.in.l.precibus.C.de impub.dum facit differentiam an substitutio cōpēdiosa fiat si decesserit sine filijs vel nō est falsa.in §si.liiij.nu.6.fo.16.

Gestum nō meo noīe iure ca.ratum babere possum: secus iure ciuili in trac.diffe.inter ius ca.⁊ ci.nu.96.fo.125.

Gradus aliter iure ciuili aliter iure ca.cōputantur in trac.diffe. inter ius ca.⁊ ci.nu.96.fo.125.

Graduum cōputatio p̄m ius ciuile attēditur quo ad punitionē maleficiorum ⁊ quo ad cōp̄omissa fienda in cōsilio.cccxiiij.nu.1.fo.56.

Graduum computatio secundum ius canonicum attēditur in matrimonijs.ibidem numero.2.

Gregorij verba p̄o lege seruanda sunt in tracta. tyran. numero.3.folio.95.

Guardianus cū capitulo ⁊ custodibus quomodo possunt facere laicum eo⁹ p⁹ocuratorem ⁊ syndicū in tracta.mino.lib.ij.nu.54.fo.90.

De litera.H.

Herba dicitur que terra continetur et separata a terra non dicitur ꝓprie herba in trac.de alueo in ver. quod si.nu.10.fo.118.

Hereditas aui materni nō adita non trāsmittitur.in consil.clij.nu.3.fo.15.

Hereditas patris an trāsmittatur per infantem decedentem anteq̄ se immiscuerit in consilio.xxx.nu.1.fo.11.

Cursus anni nō inducit p̄iuationem hereditatis stante statuto quod non implens voluntatem defuncti infra annū incurrat penas legales⁊ cursus anni habeatur ꝑ legitima monitione in §si.cxxxvij.nu.1.fo.34.

Hereditas patris non agnita q̄ transmittatur etiam ad extraneos in cōsilio.xxiij.nu.1.fo.9.

Hereditas nō transmittitur ab ignorante in §si.xij.nu.1.fo.5.

Hereditas pupilli decedentis post annum a morte patris⁊ cui erat extraneus pupillariter substitutus:et tutor non petitus cui deferatur in.q. xviij.nu.1.et.6.fo.76.

Quod p̄inatus hereditate si non soluit legata verificetur per mortē eius in consilio.xxix.nu.1.fo.11.

Hereditas quando heres institutus ea p̄iuatur cui applicetur. ibidē numero.2.folio.11.

Quilibet de populo poterit deferre hereditatem relictam ecclesie minorū in trac.mino.dist.iiij.nu.26.lib.j.fo.88.

Petens vt quilibet de populo quomodo concludat hereditatem ad ecclesiam relictam ecclesie pertinere.ibi.nu.27.

Predicti petunt de volūtate fratrum alias non absq̄ mandato sedis apostolice.ibidem.

Hereditas relicta fratrib⁹ minorib⁹ iure legati licet fratres relicti nō sint capaces debeḳ tamen estimatio in trac.mino.c.iij.nu.16.lib.j.fo.86.

Hereditas in qua ecclesia fratrum minorum fuit instituta quod requirat aditionem.ibi.nu.23.

Hereditas relicta ad pias causas vel q̄ vēdatur vel distribuatur inter fratres absq̄ heredis institutione valet.ibi.nu.20.

Hereditas relicta ad piam causam valet etiam si aliquis non sit heres institutus.ibidem.

Heres conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hereditarias iure ciuili sed iure cano.videtur secus quia tenetur in tracta. diffe. inter ius cano.⁊ ciui.nu.178.fo.126.

Heredes si tenētur restituere pretium quod supererit ex rebus venditis si alienant viliori pretio potest agi hypothecaria cōtra emptores heredibus discussis in consi.cix.nu.1.fo.8.

Heres non conficiens inuentarium tenetur ad solida legata in consilio.lj. numero.5.fo.15.

Heres extrane⁹ filij teneḳ alere patrē filij in trac.de alimē.nu.40.fo.102.

Heres non faciens inuentarium non detrahit es alienū in consi.cccxxxij. numero.3.fo.58.

Heres si decedit infra tp̄s a testatore limitatū ad soluendum legata:nō incidit in penā:nec talis pena transit ad heredem in cōsi.vij.nu.1.fo.4.

Heres non conficiens inuentarium quod nō perdat trebellianicam in cōsilio.ij.nu.1.fo.2.

Heres iure ciuili non implens volūtatem defuncti perdit hereditatem excepta legitima si est filius ꝛ iure cano.etiam filius perdit totum in tracta.diffe.inter ius ca.⁊ ci.nu.67.fo.125.

Heres institutus in testamento ingredientis religionem fratrum minorū statim capit hereditatem aliter morte non expectata naturali in trac. mino.lib.iiij.nu.6.fo.92.

Heres debitoris in diem qui sciuit hereditatem creditoris sibi delatam in qua solum nomen debiti erat an possint heredes debitoris dicere dictā hereditatem ad eos transmissam in.q.x.nu.1.et.13.fo.71.

Heres qui confecit inuentariū licet non adhibuerit solēnitates requisitas non tenetur creditoribus hereditarijs in cōsi.cliij.nu.10.fo.40.

Heres qñ nō repte sentet personam defuncti in cōsi.clvij.nu.4.fo.41.

Heres donatoris ⁊ ipse potest dicere donationem simulatam in consi.lxv. numero.2.fo.19.

Heres non incidit in penā si nō implet voluntatem defuncti qñ in testamē to sunt dati executores in cōsi.cxxxvij.nu.3.fo.37.

Heredes vniuersales ante aditam hereditatem poterunt a legatarijs cōueniri in.q.xiij.nu.15.fo.73.

Heres ꝑ excusatur a pena ob nō solutionē legatorum:qñ in testō sunt data executores cōiuncti legatarijs in cōsi.cxxxvij.nu.5.fo.37.

Qui agit ad p̄iuationem heredis ob nō impletā volūtatē defuncti debet cauere de illam implendo vt obtineat.ibidem.

Heredes testis qui noluit cōparere ad perbibēdum testimoniū⁊ mortuus est tenētur dānum emēdare ꝑbare volēti p⁹o eo quod amisit qz nō potuit p⁹obare in trac.ad repz.testi.nu.72.fo.145.

Heres ad hoc vt incidat in penā ꝓpter nō soluta legata requiritur q̄ fuerit interpellatus in consi.cccl.nu.1.fo.59.

Ille apud quē remanet hereditas ī qua erāt instituti fratres minores:an eam licite in foro cōscietie retineat in trac.mino.c.iij.nu.1.⁊ lib.j. fo.87.

Nec tenetur illā cōmutare in speciem alterius relicti.ibi.nu.19.et.15.

Heres grauatus restituere hereditatem per fideicōmissum fratribus minoribus tenetur ad estimationem quā licite fratres recipiunt si est non magne estimationis.ibi.nu.12.

Heres grauatus dicto fideicōmisso licet teneatur soluere estimationē fratribus tamen non obligatur.ibi.nu.14.

Heres ad quē hereditas deuenit ab intestato vigore testamēti in quo erāt instituti fratres minores habentis clausulā omni meliori modo teneḳ ad estimationem ⁊ in foro conscientie.ibi.nu.15.

Heremite ⁊ vite cōtēplatiue dediti quo ad se sunt boni ⁊ prudētes ⁊ aliorū negotioꝝ inexpertes in trac.testimo.nu.78.fo.136.

Heremite excusantur a tutela ⁊ ad prelaturam nō p̄mouentur ⁊ si sunt vite laudabilis in testimonijs multum creditur.ibi.

Hereticorum bona iure cano.publicantur⁊ filijs auferūtur sed iure ciuili non auferuntur filijs catholicis in tracta.diffe.inter ius canoni.⁊ ciui. numero.143.fo.126.

Hermaphrodit⁹ nō admittit ad testificādū §el.in trac.testi.nu.20.f.148.

Hermaphroditus non compellitur testificari in tracta. ad repz.o. testium. numero.56.fo.144.

Homicidiarijs ⁊ delinquētibus in grauioribus non est danda fiducia ⁊ si datur non est seruanda in.q.j.nu.10.fo.61.

Tractus de homicidio dicitur principalis alij dicūtur accessorij in.q.xv. numero.12.fo.74.

Si ex quatuor existentibus in vna domo vnus occidit⁹ an alij poterunt examinari §el.in trac.testi.nu.15.fo.148.

Qui ordinauit in ciuitate hominem interficere ⁊ extra territorium ꝑ prijs manibus interfecit an teneatur pena statuti ciuitatis puniēdā tem in territorio vel ciuitate homicidium in.q.xv.nu.1.⁊.7.fo.74.

Homicida admittit⁹ in testē de iure ciuili secus de iure cano.§el.in trac. testi.nu.17.fo.147.

Homo ex auditu vocis non cognoscitur in trac.testi.nu.27.fo.134.

Hominē viunm fuisse qualiter causa reddi debet vt ꝓbetur. ibi.nu.36.

Homo de terris ecclesie delinquens in imperatorē an poterit contra eum vel per imperatorem vel per habentem ab eo autoritatē ꝓcedere in extraua.ad repz.in ver.rebellando.nu.10.fo.85.

Homo anima separata nō est homo sed cadauer in trac.de aluco in versi. quod si.nu.12.fo.118.

Hominem non esse liberum non est de forma substantiali sed accidentali.ibidem nu.14.

Homo est animal ciuile politicum.ibidem.

Hominum due sunt species scilicet liberi vel serui considerando in esse naturali.ibidem nu.15.

Hominum species secūdum ius ciuile sunt due quia alij sui iuris alij alieni.ibidem numero.18.

Aliquē honeste viuere qualiter interꝓtetur in trac.testi.nu.82.fo.137.

Honorem excludit reatus in.l.presbyteri.nu.12.fo.139.

Priuatus nō tenetur fidem hosti datā seruare in.q.j.nu.23.⁊.34.fo.62.

Hospes alūno siue victrico siue hospiti ab intestato nō succedit in tracta.succes.ab intest.nu.29.fo.132.

De litera.J.

Iudemitas fundi qualiter ꝓbetur in tracta. testi. numero.28.
Idētitas animalis qualiter ꝓbetur.ibi.nu.29.
Idētitas fructuum qualiter ꝓbetur.ibi.nu.3.

Ignoians

Ignorans mandatum licet agat vt ꝓcurator nihil agit.in consi.lxxiij.nu.3.
Si venientibus ad habitandum in loco cōceditur immunitas cum pacto soluendi certam q̄titatem q̄ ad alia munera ⁊ collectas nō teneantur. in consi.lij.nume.2.fo.18.
Immunitas concessa p⁹o eorum iuribus ⁊ rebus q̄ comprehendat etiam futura.in consi.lij.nu.4.fo.18.

Imperator q̄ possit legitimare in terris ecclesie immediate subiectis.in consi.lxxv.nu.4.fo.22.
Imperator §henricus fecit priuari quosdā episcopos scudis ꝓpter rebellionem.in extraua.ad repz.in ver.conditionibus.nu.2.fo.81.
Imperator est fidelis confidatus ⁊ coronatus a papa.in extrauagā.ad repz.in ver.rebellando.nu.8.fo.85.
Imperator de iure est dñs totius orbis licet de facto non obediant.in extrauagā.ad repz.in ver.totius orbis.nu.8.fo.77.
Imperator dicitur dominus mundi vniuersalis.ibidem.
Imperium romanū adueniente Christo incepit esse Christi:⁊ apud Christum ⁊ eius vicarium est.ibidem.nu.9.
Imperator ante coronationem q̄ possit administrare p̄iuilegia dare cōdēnationes facere ⁊ concessiones aliorum imperatorum tollere ⁊ reuocare.ibidem.in ver.reges.nu.21.fo.78.
Imperij romani omnia sunt recte dicitur referendo ad personam Christi secus si referamus ad personam imperatoris secularis.ibidem.in ver. totius orbis.nu.10.fo.77.

Imperium romanū postq̄ fuit ab italicis separatus semper decreuit.in tracta.de regi.ciui.nu.25.fo.129.

Imprudentes ex sensus defectu.in tracta.testimo.numero.97.fo.137.

Impossibilium nulli est obligatio.in tracta.mino.c.iij. nume.5.lib.j.fo.87.
Impossibilia dicunt depēdentia a volūtate principis.in.q.xij.nu.9.f.72.
Impossibile de iure videtur quod per solum principem expeditur.in tracta. mino.lib.ij.nu.11.fo.89.

Impubes quibus casib⁹ testificetur ⁊ factus pubes potest testificari de eo quod vidit in pupillari etate §el.in tracta.de testi.nu.21.fo.148.
Impubes testificatur de his que vidit in pupillari etate.in tracta.ad repz.testi.nu.6.fo.143.

Incendiarius aliter iure cano.aliter iure ciuili punit.in trac.diffe.inter ius ca.⁊ ci.nu.78.fo.125.

Incestum cōmittens cum monacha iure ciuili pena capitali punitur iure ca.clericus deponit laicus excōicat.i tracta.de diffe.inter ius cano.⁊ ci.nu.83.fo.125.
Uenientes ab intestato:⁊ nō fiscus succedunt qñ indignus est institutus et sit indignus absq̄ culpa sua.in consi.cxix.nu.3.et.8.fo.13.

Incipit ⁊ definit adiecta facto babenti tractum successiuum q̄o accipiat.in trac.de alueo.in ver.eius.nu.1.fo.118.
Incipere impꝛopꝛie large dicit qui se preparat ad incipiendū.ibidē.nu.2.
Incipere ꝓpꝛie dicitur qui aliquid incipit facere de eo quod est faciēdū. ibidem.nume.3.
Incipere etiam dicitur qui multa ipsi inceptioni adijcit.ibi.nu.4.
Incipit ⁊ definit si adijciunt tēpori quomodo accipiant.ibidem.nu.7.
Incipit ⁊ definit si adijciuntur loco qualiter accipiant.ibidem.nu.8.
Incipit ⁊ definit quando adijciuntur essentie alicuius substantie vel qualitatis qualiter intelligantur.ibidem.nu.9.
Incipit ⁊ definit quando adijciuntur potētie qualiter intelligantur vt qs dicatur posse.ibidem.nu.10.

Indefinita locutio in statutis q̄ equipolleat vniuersali.in.q. viij.nu.12.fo.69.

